

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Dōdekaphrēton, Sive Theologia Prophetica, Ex Vatisbus
XII. Minoribus Secundum Seriem Articulorum Fidei**

Majus, Johann Heinrich

Giessæ Hassorum, Anno MDCCIII

VD18 11197021

Locus XIII. De Regeneratione.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17399

LOCUS XIII.

De

REGENERATIONE.

Quia inter fines justificationis adoptio in filios Dei , ac æternæ hæreditatis adeptio , numeratur , facile inde regeneratione colligitur , quæ toties indicatur , quoties Deus promisit , se velle suorum Deum & Patrem , eosque suos filios vel populum esse , Hos. II, 1. 25. Fideles populus & hereditas Dei vocantur , Joël III, 2. opus Dei , Hos. VIII, 14. iniqua , Ephes. II, 10. Nemo autem fit filius aut populus Causa efficiens. Dei , nisi per regenerationem. Hoc opus tribuitur Patri , Malach. I, 6. Filio , Hos. VI, 2. vivificabit nos &c. ut vivamus coram eo. conf. 1. Petr. 1, 3. De Spiritu S. verba Joël II, 1. capienda sunt: Effundam Spiritum meum super omnem carnem &c. Mater est Ecclesia vera , Zion & Jerusalem ; & ut. Hinc utriusque filiae fit mentio , Zachar. IX, 9. Movens. Causa movens est misericordia Dei , Hos. II, 25. Miserebor lo ruchamæ , & dicam non populo meo , faciamque , ut sit populus meus , per gratiam & misericordiam. conf. Hos. XI, 8. Meritoria Christus est. Hos. II, 21. s. VI, 2. Media sunt verbum Evangelii s. promissiones , Hos. II, 16. & Sacra menta , ut suis locis ostendemus. Forma in spiritualis vitæ lucisque communicatione consistit , ut homo ex Deo natus & vivificatus Deum vere & vivide cognoscat , Hos. VI, 2. 3. Deumque suum Deum & Patrem appellare queat , Hos. II, 25. Malach. I, 6. ejusque naturam referat , divinæque naturæ particeps reddatur , sicque homo novus , filius & populus Dei vivi fiat , Joël IV, 2.

LOCUS XIV.

DE

RENOVATIONE ET BONIS OPERIBUS.

Regenerationem Renovatione excipit , quâ propter remanens inhabitan tansque in justificatis & renatis peccatum , semper in hac vita opus est. Ad eam toties Prophetæ cohortantur , quoties vel sanctificationem vel studium bonorum Operum inculcant. Hoc autem frequenter satis eos facere liquet , nec probare , aut distincte Renovationem tractare attinet. Itaque conjungemus caput utrumque , & quod